

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||  
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

**Bouquin, Pierre**

**Heidelberg, 1561**

Cap. XVIII. Epilogus

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248509)

*Epilogus.*

**E**X paucis istis capitibus, quæ at-  
tigi uerius quàm tractaui, quiuis  
intelligere facile poterit, doctrinam  
de diuina *νοινων* & latissimè patere: ne  
que in tam paruum, angustumq; lo-  
cum esse includendam, atque pleriq;  
censent: & includere etiamnum co-  
nantur. Vocis ipsius usum simplicem  
non esse, ex ijs quæ non confinxī, sed  
recitaui, nemo qui oculos adhibet,  
non uidet. Simul ac cōstat rei quæ ea  
uoce notatur, plures esse seu species  
seu partes. Nam formas tres euiden-  
ter notant Apostolica scripta. Vna  
est, quam uelut aliarum fontem de-  
scribi cernimus, nempe, filij Dei no-  
biscum, propter assumptionem car-  
nis atq; sanguinis (ut Apostolica uer-  
ba retineam) nostris, omnibus modis  
uno peccato excepto, similibus. De  
hac parte, ut multa nunc dicerem, res  
postulare non uidebatur. ideo uisum  
est

*hæc uarias  
huius tres  
sunt par-  
tes.*

*Hab. 2.*

est mihi in commodiorem occasio-  
nem, huius plenioris tractationem  
differre. Altera forma est *1011011/a* e-  
lectorum seu filiorum Dei, cum pri-  
mogénito, & Mediatore Christo: quo  
cum omnes unum constituunt, uelut  
plenum atq; perfectum corpus, cui u-  
nus spiritus, & uita est una. Ille ca-  
pitis instar est, isti corporis locum  
tenent. Huius siue copulationis siue  
societatis, ut prioris illius, unicus uerè  
atq; propriè auctor effectorq; est spi-  
ritus S. qui per certam fiduciam cor-  
pus capiti suo agglutinat adunatq;.  
Hanc porrò ut in animis excitet atq;  
ingeneret primùm, deinde ut ean-  
dem alat, contineat, augeat, ordinariè  
quidem, ut dicitur, uti solet omnibus,  
quas enu nerauimus Ministerij parti-  
bus. utitur autem istis uelut instrumē-  
tis, non suæ, sed nostræ infirmitatis tar-  
ditatisq; causa: quare nihil obstat ut  
sine talibus adminiculis, ubi postulare  
res uideatur, eam coniunctionem effi-

ciat: & quæ ad eam pertinent præstet.  
 Verùm instrumenta si cœlesti isto ar-  
 tifice destituantur, constat nihil præ-  
 stare aut promouere posse. Sequitur  
 istam *κοινωνίαν* partem, pars altera quæ  
 est Sanctorum inter sese communitio:  
 hoc est credentium omnium coniun-  
 ctio: per quam unum constituunt  
 corpus, uelut membra multa pulchrè  
 cohærentia & aptè coagmentata. Et  
 huius quoque effector est cœlestis spi-  
 ritus: sed id propriè per dilectionem  
 mutuat, quam in credentium cordi-  
 bus accendit, præstare creditur & di-  
 citur. Eius enim uis est tanta, ut firmis-  
 simi uinculi instar iungat, copulet, ne-  
 ctat omnes qui Christo fidunt, ubi uis  
 gentium tandem illi commorentur,  
 imò etiam hic in terra degentes, adeoque  
 in antris delitescentes, adunat regni  
 cœlestis ciuibus, id est qui iam beata  
 illa uita fruuntur. Quid: huius socie-  
 tatis ea est uis, ut omnium qui mem-  
 bra Christi sunt, quantum uis longis  
 locorum

locorum intervallis sint disiti, unam mentem, communemq; conditionem esse efficiat. Ista porro divina seu celestis communitatis partes, sic esse inter se coniunctas, ut à sese diuelli nequeant, haud dubiè fatebuntur, quot quot quæ ex scriptis Apostolicis produxi testimonia, audire placidè, & sedulò examinare minimè gravabunt. videbunt enim eas ex uno uelut iugi fonte fluere: aliamq; ex alia sic derivari, ut qui locum in una aliqua se non habere senserit, se in alia habiturum frustra speret.

Verum equidem est, tam esse Christi carnem, incredulorum carni similem, quam credentiū, si naturā spectemus nudam: attamen nullibi quod sciam legimus aliquam esse incredulis cum Christo communionem. Causam esse iudico, quòd carnem illam seorsim à suo spiritu, & proprio uiuificandi effectu considerare nequaquā soleant scriptores sacri, igitur cum de ea agitur,

1 5 nulla

nulla incredulorum mentio fit: ut ad  
 quos ea nihil pertineat, nihilq; ex ea,  
 ad ipsos redeat fructus. In illustri illo  
 Cap. 2. Epistolæ ad Hebræos loco de com-  
 municatione filij Dei cum semine A-  
 brahæ, attextuntur aliquot pulcherri-  
 ma ex Prophetis testimonia: sed quæ  
 solos credentes respiciunt, ac non alios  
 quàm pios continent. Nam men-  
 tio nominatim fit eorum qui sanctifi-  
 cantur, puerorum quos donauit Chri-  
 sto Deus, fratrumq; ipsius, & deniq;  
 filiorum Dei, hoc est credentium, &  
 per sanctificantem spiritum, sanctifi-  
 cationis fonti coniunctorum. Et pro-  
 fectò ut istis solis est & natus & datus  
 filius Dei, ita his tantum uixisse & es-  
 se mortuum, prorsus est consentaneum.  
 Hanc mysticam coniunctionem  
 intuens Apostolus, cum istis de rebus  
 differit, utitur subindè aptissimis, ele-  
 gantissimisq; uerbis. Dicit enim pios,  
 Christo commortuos & consepultos  
 esse, ipsi consurrexisse, cum eodem in  
 cœlos

*Christus est  
 credenti-  
 bus & pro-  
 missus. &  
 datus.*

cœlos cōsendisse, confedere ad dexte-  
 ram Dei, deniq; conregnare. talibus  
 certe loquutionibus non notare solū,  
 sed etiam quoad eius fieri potest, mi-  
 rabilem istius *uivovias* energiam ex-  
 primere conat̄ diuinissimus scriptor.  
 At uerò aut hunc, aut alium aliquem  
 sui ordinis scriptorem, aliquam non  
 credentibus, cum Christo aut ipsius  
 carne (quæ, ut est dictum, se habet in-  
 star glutini aut ferruminis) tribuere  
 coniunctionem, non memini me le-  
 gere, neq; indicari poterit, quantum  
 iudico, locus aliquis qui eius rei men-  
 tionem faciat ullam. Quantumuis ita-  
 que qui à Christi spiritu sunt alieni,  
 aut sonantem Euangelij uocem au-  
 diant, aut aqua in Ecclesia tingantur,  
 aut pane atq; uino mensæ Dominicæ  
 utantur, imò uerius abutantur, nihil  
 tamen ipsis est, aut esse potest cum  
 Christo societatis. Et uerò ne cum Ec-  
 clesia quidem ipsis coniunctio est ul-  
 la, licet sint in cœtu eodem, interq; ip-  
 sius

sius membra locum obtinere etiam su-  
 premum nonnunquam uideantur,  
 pars tamen eius nō sunt: neq; ad Chri-  
 sti corpus pertinent magis, quā ar-  
 idum lignum inter arboris frondes &  
 folia latens, ad arborem pertinere cre-  
 ditur. Is sanè etsi foliorum uirore ali-  
 quandiu ornetur, frondiumq; umbra  
 contegatur, nulla tamen interea ipsi  
 est cum arbore, nedum radice ipsius,  
 coniunctio. Is enim ramus societatem  
 habere creditur, qui, ut eleganter A-  
 postolus noster scribit, *συμμιωμένον* &  
*πίπτον τὴν ῥίζαν* & *καὶ τὸν ἄκρον*. hoc est, suc-  
 cum à radice haurit & accipit. inde  
 enim (nō ex apparentia seu specie ex-  
 terna) *μιωμένη* æstimant literæ sacræ,  
 & nos quoq; æstimare decet. Mirum  
 profectò est inueniri qui præpostero  
 ad eò iudicio sint, ut in hac cœlesti  
 profusq; diuina *μιωμένη* commini-  
 scantur & flagitent crassius aliquid,  
 quam in ciuili, siue externa societate.  
 Quis unquam audiuit ius ciuitatis pe-  
 regrini

regi  
 alic  
 tale  
 pere  
 detin  
 com  
 non  
 que  
 tur in  
 seu  
 Chri  
 le, et  
 nū po  
 sanct  
 uq; a  
 cus n  
 ctore  
 quar  
 folo  
 au ag  
 steri  
 auth  
 mur,  
 dio,



regnum ideo sibi acquisiuisse, quod  
 aliquantisper in media ciuitate habi-  
 tasset. Quis dicat ciuem illum qui uel  
 peregre est profectus, uel ab hostibus  
 detinetur, iure suo excidisse? Nam ut  
 commoratio illa beneficium tantum  
 non confert, ita neq; peregrinatio, ne-  
 que captiuitas istud aufert. quam igitur  
 iniquum fuerit in externa specie,  
 seu ceremonia aliqua, *uivariu* cum  
 Christo, aut carne ipsius statuere uel-  
 le, et quod in primis ad eam est necessa-  
 riū postulare nolle. Quam rectius atq;  
 sanctius multo iudicauit pia erudi-  
 taq; antiquitas, adeoq; ipse Apostoli-  
 cus nrdo ( hunc enim symboli colle-  
 ctorem, & compactorem, ut ita lo-  
 quar, facere pleriq; placuit) qui inter  
 solos sanctos, id est credentes, *uivariu*  
 agnouit, et est professus: ut que po-  
 steritas, & agnoscat, & profiteatur, est  
 author. Istos ergo audiamus ac sequa-  
 mur, qui in sanctitate & pietatis stu-  
 dio, hoc est interiore u<sup>i</sup> spiritus cum  
 primis,

primis hęc cōmunionem siue corporis cum capite, siue membrorum inter sese, esse sitam pleno ore testificantur.

Non est tamē quod quisquam uel putet, uel dicat, inde confici corpus siue carnem piorū ab hac societate exclusum iri. Diuersum certē docet articulus de carnis resurrectione, sanctorū cōmunioni, peccatorumq; remissioni subiectus & adiūctus. Nam quæ est carni cū anima societas, idēq; Deo authore, ut ante est demonstratum: & quod illa isti exhibet (tantisper dum hęc ipsius est domiciliū) ministerium in his præsertim quæ ad Dei cultum, pietatisq; studium pertinent, non sinunt expertem eam esse, beneficiorū quæ ad animam redeunt, ex ea quæ ipsi cum Christo intercedit cōiunctione seu cōmunionē. id qd non minus eruditē quàm euidenter demonstrat Tertullianus, scriptor ut uetustissimus, ita & grauissimus: cui qui credere noluerit, incredulus esse meritō censeo

77  
censebit. Ex multis, pauca hic ascribuntur.  
Caro, inquit, dum ministra & famula  
anima deputatur consors & cohaeres  
inuenitur: si temporalium, cur non &  
eternorū? & paulo post, Non possunt se  
parari in mercede quas opera coniungit.

Verū quantūuis corpus sentiat  
ex ea cōiunctione beneficiū eximitū,  
non est tamen, neq; dici debet corpo  
ris aut corporalis *σωματικῆς*, sed spirita  
lis, ut est proprie solius spiritus. Quod *σωματικῆς*  
ut euidenter commonstrem, unicum *Spiritalis*  
est.  
Apostoli Pauli testimoniū producā,  
& illud paucis excutiam. Nam ut est  
pulcherrimum, ita ad istam rem & cō  
probandā & explicandā, & illustran  
dam, appositissimū mihi esse uidetur.  
Is ad Corinthios scribit, Eum qui ag  
glutinatur scorto, unum cum eo cor  
pus, & qui Deo unum cum ipso fieri  
spiritum. Istud paululum nunc expen  
damus. Qui perditē amat scortū, nun  
quid etiam animū ad illud applicat?  
id

1. Cor. 6.

id nisi fieret, quī fieret ut subinde impurus impudicusq; iste amor, amentiam adferret: Dubium igitur nemini esse debet, imò ne potest quidē, quin animus ea in re, corpori se adiungat, etiam plerunq; totus: uerū hanc insanam coniunctionē corpori tribuit Apostolus, perinde ac si solius corporis esset. idq; ut arbitror, quia corpus in ea partes tenet primas: in hisq; qui ad ipsum pertinent continetur. atque consumitur tota. Ratione non dissimili credentem qui se Deo adiungit, in unum cum ipso coalescere spiritum testificatur: partim quidem quia spirituum est inter sese, & in spiritualibus, ut uocantur, rebus consistit, partim uerò qd spiritu S. autore, non homine ullo aut externa re aliqua coeat atq; contineat. Qua igitur fronte spiritalem esse inficiabimur, & sic appellare detrectabimus? Est quidē interea corpus ut animæ domicilium, ita Spiritus sancti templum sacrosanctum: uerū postre-

postremas obtinet partes: neq; Deo,  
 ullo modo consociari posset, nisi ani-  
 mæ intercederet officium. Quare in  
 animæ gratiam admittitur ad ius cœ-  
 lestis alioqui & spiritalis societatis:  
 cuius ui tandem corruptione deposi-  
 ta, incorruptionem consequet: & ue-  
 lut amissa priore sua, ac propria con-  
 ditione, nouam & alienam recipiet.  
 Breuiter promittit, qui mentiri non  
 potest Christi Apostolus, fore ut cor-  
 pus istud alioqui mortale transforme-  
 tur ad ueram uiuamq; imaginem ar-  
 chetypi sui Christi, cuius beneficio as-  
 ciscitur in hanc societate. Hanc uero  
 seu mutatione seu transformationem  
 efficiet atq; præstabit spiritus ille, qui  
 uim suam insigniter exeruit in Chri-  
 sto uitæ restituendo. Isti enim non alteri  
 prorsus deberi ut aut. nōri, author est *Rom. 8:*  
 idem ille Apostolus, qui etiã corpus *1. Cor. 15*  
 ita affectum spirituale nuncupare nō  
 dubitat. Siquidem natura illa sua uelut  
 deserta, quodammodo in Spiritus natu-  
 ram

m

ram

ram transibit. Quam ad rem illustran-  
dam accommodare poterit qui uolet,  
simile ferri candentis: quod ignis na-  
turam induit, substãtia tamen priore  
minimè mutata. Similitudinem hanc  
in non dissimili argumento adhibent  
optimi scriptores Cyrillus & Chryso-  
stomus. Certè sic immortalitatem in-  
duet mortale corpus, ut non tantum  
morti obnoxium deinceps nequa-  
quam sit futurum: sed etiam cibo aut  
potu corporeo minimè opus habebit,  
ut porrò uitam tueatur suam. Nam  
coelesti, ut sic dicam, ambrosia & diuini  
nectare (quo de Christus sub ob-  
scure admonuit suos conuiuantes A-  
postolos, traditis pane illo atq; uino  
*uivoniae* huius certissimis efficacissi-  
misq; tesseriis) aletur perpetuò, & in-  
desinenter reficietur. Tum plena con-  
summataq; *uivonia* erit, eius quæ nunc  
per spiritũ initur effectus, fructus, &  
finis. Quare ut ea est futura tantum  
piorũ, impijs omnibus adeoq; hypo-  
pocritis

eritis ipsis exclusis: sic hęc de qua dis-  
 serimus, cuiusue meminit fidei Chri-  
 stianę regula (ut ueterū pleriq; nō abs-  
 re nominare solent) solum esse piorū,  
 est & consentaneum & consecrariū.  
 Nam etiā si illam *ἁγιωσύαν*, quam ob  
 naturā nostram à Christo assumptam  
 naturalem appellare possumus, incre-  
 duli omnes cum credentib. propter  
 naturę similitudinem habeant com-  
 munem: & licet hypocritę siue adul-  
 terini filij cum legitimis in Ecclesia  
 Christi eam usurpēt, quam sacramen-  
 talem nominare est uulgo receptum:  
 tamen eos communionem cum Chri-  
 sto habere aliquam, tantum abest ut  
 sacrę literę dicant, ut prorsus diuersū  
 clarissimē significant, pronuncient,  
 affirmant. Hanc esse ueram, piā, cer-  
 tam de diuina *ἁγιωσύαι* sententiam, &  
 literis sacris expositam, & ueteris Ec-  
 clesię testimonio atq; consensu con-  
 firmatam habeo perualissimum: ne-  
 que dubito idem mecū iudicatu-  
 ros

m 2 esse

esse omnes bonos candidosq; lecto-  
res, hoc est quorum animi nullis præ-  
iudicijs sunt occupati, nedum corrupti.  
Tales oro, obsecro, obtestor, ut sal-  
tem audiant Apostolum, disertè pro-  
nunciantem: & si dociles omnes nos  
præberemus, omnem controuersiam  
clara uoce dirimentem, τίς δὲ

ἰουαννῆς πατρι πῶς

σὺν τῷ

FINIS.

De  
gum  
et mi  
cum  
bis can  
sum tu  
gestit  
non lib  
C H  
Paul  
quer  
na sp  
Q  
nes u  
sunt  
deni  
Deo  
Qu  
uen  
ban  
uid